

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Lebrecht Friedrich Benjamin Lentini

Observationum Medicarum ...

Fasc. 1

Lipsiae: Guelpherbyti: Meisnerus, 1764

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn818663634>

Band (Druck) Freier  Zugang 



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn818663634/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn818663634/phys_0001)

DFG

Md. 3421. (v)

S. Vogel

OBSERVATIONVM

MEDICARVM

FASCICVLVS PRIMVS

AUCTORE

LEBR. FRIDER. BENIAM.
LENTIN

M. D. ET IN COMITATV DANNEBERGENSI
PHYSICO.

PRAEFATVS EST

D. R V D. A V G. V O G E L
IN VNIVERSITATE GOTTINGENSI
PROF. PVBL. ORD.

LIPSIAE ET GVELPHERBYTI
APVD IOH. CHRISTOPH. MEISNERVM

ANNO MDCCCLXIIII.

OBSERVATIONUM MEDICARVM

PARSICARAS PRIMAS

VACUORVM



D. RAD. AUG. VOGEL
UNIVERSITATIS GOTTINGENSIS
PRO. E. Z. 1780.
LIPSIÆ ET GÖTTINER
VIAE IN CHRISTOPH. MAYERI
ANN. MCCCLXII.

ОИМО
ИИИАНОІ ОНРЛОСВЯ

ILLVSTRISSIMIS

ATQVE

EXCELLENTISSIMIS DOMINIS
DOMINIS

AUGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI
MAGNAE BRITANNIAE REGIS, BRVNS-
VICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM
DVCIS ELECTORIS

CONSILIARIIS INTIMIS
ET
STATVS ADMINISTRIS

DOMINO
RVDOLPHO IOHANNI
L. B. DE WRISBERG

DYNASTAE IN WRISBERGHOLTZEN, BRVN-
KENSEN, HOLZMINDEN, WESTLEN, AR-
MENSEVL, ET SELLENSTED

REL.

SVMMI APPELLATIONVM TRIBVNALIS
REGII ET ELECTORALIS
PRAESIDI;

DOMINO
GERLACO ADOLPHO
L.B. DE MVNCHHAVSEN

DYNASTAE IN STRAVSFVRTH

REL.

REGIAE ET ELECTORALIS CAMERAE
PRAESIDI

DOMINO
CAROLO DIEDE
L.B. DE FVRSTENSTEIN

DYNASTAE IN MADELVNGEN, FVRSTENSTEIN,

WELLIGERODE ET IMMICHENHELM

REL.

MAGNO PER DVCATVM CELLENSEM
ADVOCATO

DOMINO
IOHANNI CLAMERO
AVGVSTO
L.B. VON DEM BVSCHE

DYNASTAE IN WALBECK, QVNSTAEDT,

REL.

DOMINO
LEVINO ADOLPHO
L. B. DE HAKE

TOPARCHAE OHRAE, DIDERSENII BUCHEN-
HAGENII ET DASSELLII
REL.

CONSISTORII REGII ET ELECTORALIS
PRAESIDI

DOMINO
B V R C H A R D O
CHRISTIANO
L. B. DE BEHR
DYNASTAE IN STELCHTE
REL.

DVCATVS LVNEBURGICI, PINCERNAE
ET DAPIFERO
NEC NON
PRINCIPATVS VERDENSIS MARECHALLO
HAEREDITARIO;

HERCIVAS IN TACCA EMINENTIA
RELIGIOSIS TUTELICE CASTOVA

DOMINO V

FRIDERICO AVGVSTO

IMPERIIS

L.B. DE HARDENBERG

DYNASTAS IN HARDENBERG, LINDIA V,

GELBACH, SCHLOESSERN.

REF. D

ILLUSTRISMI FORTAM

DOMINO V

CHRISTIANO DITERICO

L.B. VON DEM BVSCHE

HERCIVAS IN TACCA EMINENTIA

RELIGIOSIS TUTELICE CASTOVA

HEROIBVS IN TOGA EMINENTISSIMIS
FELICITATIS PVBLICAE CVSTODIBVS
VIGILANTISSIMIS
BONARVM LITTERARVM FAVTORIBVS
MAXIMIS
MAECENATIBVS SVIS INDVLGENTISSIMIS
HASCE OBSERVATIVNCVLAS
SVMMO PIETATIS CVLTV

D. D. S.

ILLVSTRISSIMIS EORVM
NOMINIBVS
DEVOTISSIMVS CVLTOR AC CLIENS
LEBR. FRIDER. BENIAM. LENTIN.



LECTVRIS

s.

R V D . A V G . I V O G E L

Tanta saepe est eruditorum virorum, vel optimorum, atque sapientissimorum, cum primum se efferunt timiditas, ut sine patrocinio aliquo lubentius latere velint, quam prodire in publicum. Et laudanda sane est istiusmodi pussillanimitas, animique debilitatio magis, quam incre-

(5)

pan-

panda. Etenim qui hanc p̄ae se ferunt,
neque sibi meti p̄is nimis placent, quod
quidem vitium, inter eruditos alias non
rarum est; atque arroganter quidquam
facere gestiunt. Singularis ergo mode-
stia Cl. Lentinii mihi etiam probanda fuit,
qua permotus, sine mea qualicunque tu-
tela atque commendatione suas nolebat
typis exscribi obseruationes, I veritus, ne
quum ab incognito Viro proficiantur,
eruditis displicerent neque gratiam ejus
villam facerent. Ego vero, quamquam
nihil eorum omisi, quae ex ipsius mente
nimiam timiditatem eximerent, non potui
tamen Ipsum a suo desiderio deflectere:
quapropter quam mihi imposuit praefandi
provinciam, quam lubentissime & non si-
ne magna animi voluptate in me suscep-
cum laudandi occasionem & commendan-
di publice Virum nanciserer, quem non
vno nomine aestimo atque diligo. Popu-
laris ille meus est, & discipulus & amicus
singularis, cuius felicitatem promouere
mihi semper religio fuit; quam vero ipse
fibi

ibi solus parauit ingenio, doctrina, humilitate, sinceritate aliisque egregiis animi virtutibus, ita, ut a patria remotus, patriam alibi longe meliorem, multosque amicos ac patronos inuenierit, suscipientes ipsum, ac eximium colentes. Atque ita sustentatus ac nutritus meus Lentinius summa alacritate medicinam tam feliciter exercuit jam per octo circiter annos, ut amelior fortuna ipsi contingere potuerit, ego valde dubitem & is ipse forte dubabit. Quantum autem ille in arte proficerit suo ingenio, suisque viribus, observationum illa satura lecturis facile demonstrabit. Morbos ille sanauit rebelles, remediis haud vulgaribus; audacter saepe & haud timide, sed cum ratione & prudenter eos aggressus est; monstrauerique passim longe praestantiora remedia ad sanandos morbos, quam quae vulgus nota sunt. Quapropter nullus dubito, quin & exercitati satis & veterani medici ab hoc juniore aliquid ediscant. Atque cum non vulgares atque tritas ejus observationes inue-

inuenerim, quas beneuole mecum communicauerat; ipsum quam maxime sollicitauit instigauique, ut eas publici juris faceret. Nam si qui milleni alii libri in publicum prodeunt, nemini pene legentium vtiles sint, cum nil nisi quid jam millesies consignatum sit, contineant; observationibus tamen practicis semper suum pretium manet, neque nimis earundem crescere numerus potest. Donum hoc est multo pretiosius auro, quo utinam omnes exercitati ac felices Medici remunerari collegas suos velint. Etenim hoc mihi persuadeo, nullum esse medentium, cui non in praxi sua, singulares casus usu veniant, & qui non subinde praestantiora remedia ad hunc vel illum morbum sanandum exquisuerit. Talia ergo si cuncta propalarentur, heu! quantum emolumenti in pathologiam atque therapiam inde non redundaret. Scrib. Gottingae M. Ianuario

1764.

INDEX



INDEX OBSERVATIONVM GENERALIS.

OBS. I.

De fistula thoracis, cum refectione puris per os lethali.

OBS. II.

De fistula thoracis feliciter sanata.

OBS. III.

Dysenteriae epidemice grassantis bistoria.

OBS. III.

De eximio enematum usu in dysenteria.

OBS. V.

De dysenteria granidae, ipsiusque infantis regens nati.

OBS. VI.

Vulnus crani XXXXVI. die lethale.

OBS. VII.

Rara species convulsionum.

OBS.

OBS. VIII.

*Olfactus & auditus abolitus ex menstrui fluxus
vitio.*

OBS. VIII.

*De efficacia pilularum Edimburgensium squille-
ticarum in oedemate pedum, dyspnoea & po-
dagra.*

OBS. X.

De denigratis faciei partibus in acuta.

OBS. XI.

*De virtute medica scintillarum electricarum in
paralyssi.*

OBS. XII.

De efficacia radicis Ippecacuanhae in Hydrope.

OBS. XIII.

De enormi Haemorrhagia post partum.

OBS. XIV.

*De Peripneumonia pituitosa oleo bezoardico We-
delii externe adhibito quam citissime sanata.*

OBS. XV.

De emetici efficacia in bernia incarcerata.

OBS. XVI.

De moschi viribus in astmate conuulsu.

OBS.

OBS. XVII.

De moschi viribus antispasmodicis,

OBS. XVIII.

De carie & sphacelo ex panaritio male tractato.

OBS. XVIII.

De inoculatione variolarum in nouem infantibus suscepta.

OBS. XX.

De seniori usu venaesectionis in acutis.

OBS. XXI.

De Haemiplegia variis stipata symptomatibus, superueniente febre sanata.

OBS. XXII.

De febre verminosa pleuritidem mentiente.

OBS. XXIII.

De Taenia,

OBS. XXIII.

De pleuritide.

OBS. XXV.

De Hydrope, ex catameniorum vitio, sanata.

OBS. XXVI.

De febre intermitte tertiana in continuam transiente pessimisque stipata symptomatibus,

OBS.

OBS. XXVII.

De grauiditate apparente.

OBS. XXVIII.

De spina ventosa & cancro labii superioris & nasi.

OBS. XXVIII.

De efficacia mercurii sublimati corrosivi in spina ventosa.

OBS. XXX.

De hydrope ascite casus singularis.

OBS. XXXI.

De sudore per triduum durante & subito lethali.

OBS. XXXII.

De febre maligna remittente cum peculiari symptom. bydrophobiae baud multum absin.

OBS. XXXIII.

*De ulcere abdominis, per quod varia fragmen-
ta ossium, dentes, crines, carnesque pro-
diere.*



OBSER.



OBSERVATIO I.

*De fistula thoracis cum refectione puris
per os lethali.*

Robusti corporis vir, lacertosus,
potator, postquam, ad iram
concitatus, hyemali tempore,
per integrum horam in rure
coimmoratus fuisset, incidit in
inflammationem laeui lateris, quae neglecta & a
se ipso & a Medico aequa ac chirurgo, quorum
hic parum curans emplastrum duntaxat dia-
chylon cum gummatibus dolenti lateri super-

A dat,

2 Obs I. De fistula thoracis cum refectione

dat, ille vero infusum solum theiforme pectorale & puluerem temperantem exhibet. In suppurationem intra octiduum terminatur. Quo elapsso ego accersitus intenio

- 1) aegrum ex phthisi tussientem, atque inter haec magnam vim materiae tenuis ex flavo viridescentis exparentem.
- 2) dum aeger in sinistrum latus se vertit aut se erigit, fluctuatio humoris in thorace percipitur.
- 3) febris lenta adest.
- 4) tumor extrorsum in thorace eminebat.

Abscessum istum cum in apice mollem deprehenderem protinus aperiri curauit in parte inferiore; quo facto fere sesquimensura puris effluxit, ejusdem conditionis ac per os efferebatur, tenuis, ex flavo viridescentis. In statum vlceris absconditum specilli ope ipse ego inquirens, aperturam vlcus sibi fecisse inter quartam, quintainque costam veram sentio, dumque aegrum interrogo, an ipsi iam quid doleat? respondet: minime, & inter haec percipio & flatum per vlcus exire.

Hicce nondum contentus, ulterius examinando pergo, atque varios ductus, fistulas dicunt, inuenio, vnum retrorsum versus scapulam tendentem, alterum vero ad dorsum descendenter. Injici curauit Essentiam myrrae sine alcali, cum pauxillo olei therebinthinae remixtam, interne vero data sunt medicamenta antiputredinosa,

dinosa, Tinctura antipyretica Clutoni *) Chinæ cortex cum syrupo balsamico & nonnulli pulueres nitrosi. Inter horum usum malum indeterius quidem non ruit, attamen nihil de ea leuatur, quin potius aeger diurno & immuno dico perfunditur sudore, longe tamen ac ante a mitiori, urina rubicunda dimittit sedimentum albicans, materiae purulentæ simile, rubicundis punctulis distinctum. Lingua inflammatio nis obducta est corio, in cuius tergo albicans videbatur rima: ut uno omnia dicam verbo, pessima quaevis aderant symptomata, siue vlcus, siue tabescentem pulmonem spectes. Magna interim vis materiae e vulnere effluebat, & vi res aegri simul decrescebant.

Diarrhoea pessimorum in phthisicis signorum socius accedebat, cum singulari omnium adstantium nares feriente foetore. Dies post aliquot oculi torui & pupillæ immobiles redde bantur, altero demum omnia malorum finem imposuit mors.

Ex hac observatione quam clarissime patet, pulmonem sugere posse & attrahere contenta in cavitate pectoris liquida: & abscessus ejusmodi, nisi tempestive aperiantur, pus sibi viam per muscularum interstitia facere.

Illud adhuc notandum est: quod aeger præ omnibus aliis acida concupiscebat, quod in

A 2

phthis

*) describit hanc Tincturam KLEINIVS in li bello Selectus medicamentorum dicto.

¶ Obs. II. De fistula thoracis feliciter sanata.

phthisicis & alioquin in omni vlcere quorumvis viscerum pluries obseruauit; nec sane inimica illis talia deprehendi.

Credebat aeger, more phthisicorum, longe abesse ut moriretur.

OBSERVATIO II.

De fistula thoracis feliciter sanata.

Subiecto statim aliam similem historiam, vbi multo citius abscessus plaga satis alta aperiebatur.

Virginis cacochymicae XXIV circiter annorum pustula in latere thoracis sinistro proxime sub mamma subnascitur, quae in majorem sensim molem distenta cum insigni dolore, magnitudine tandem caput infantis refert. Aduocor & absque omni titubatione abscessum aperto omnem fere modum excedentem, & emissa plurima materia, specilli ope canalem deteggo retrorsum vergentem, quem pariter nunc quoque aperiendum duxi. Vicus & canalem primis diebus, linteo carpto sicco, posteaque digestuo vnguento, conuenientique emplastro tegi. Labiis vero valde inflammatis decoctum corticis ex aqua calcis superdedi, & iniectis quoque balsamicis finiui sanationem. Interne mercurialia per ostium, & decoctum ex aqua calcis

calcis viuae & cortice peruviano postmodum dedi. Valde necessarium est, ut ejusmodi abscessus tempestine, plaga sat alta aperiantur; alioquin metus est, ne viam sibi in cauitatem thoracis faciant.

Vrina instar phthisicorum erat. Circa vesperam febricula accendebatur, noctu cedens sudoribus. Prima quidem septimana post aerationem ulceris ea ingrauescebat, cortex autem & calcis aqua omnime extinguebant ejus notam.

OBSERVATIO III.

Dysenteriae epidemice grassantis historia.

Inde a mense Septembri a. 1751. usque ad Martium anni 1752. omnis fere gens Diepholziorum torminibus excruciatabatur. Reduces plures e Belgio, ubi captandis Turfis aliisque durioribus laboribus victum quaerere consuerunt, pedibus oedematosis, facie pallida inflata, ventre tumido, torminibusque erant comprehensi, excruciatique. Dura gens & agrestis, morbum debellare studebat, partim haustu ex olei therbinthinae dimidia vncia & spiritus vini Gallici vnciis quatuor, aut solo spiritu vini Gallico, cui piper hispanicum infusum, quod ipsum deinceps, yna cum spiritu ebibit, & quo maiorem inde ardorem percipit, eo feliciorem cu-

ram fore sibi persuadet: partim ad leniora, non magis tamen appropriata, Pastinacam, cardamum aromaticum, & crustam panis superaceenso Spiritu vini tostam ventrique superimpositam confudit. Durante caeterum dysenteria lacte, caseo, pane Westphalorum, lardo ejusmodique aliis vescitur, quorum usu malum diuin in modum ingrauescit. Sitis, inappetentia, internus calor auctus praecursors quasi sunt morbi, sequitur intensus dolor intestinorum cum tenesmo, rejectio faecum tenuiorum, mox pituita, mox sanguine, mox utrisque remixtarum. In nonnullis vomitus simul aderat, sique cuidam pedes antea tumebant, oedema ingrauescerat, venter inflabatur; contra, si durante demum dysenteria pedes tumefiebant, fluxus desinere videbatur. In statu morbi appetebant melius aegri. In lethali statu tertio die ante mortem angina gangraenosa accedebat, nullo modo refraenanda. Adaugebatur etiam internus ardor, donec pulsus vacillans aut intermittens, mortis praenuncius, notam sphaceli dabant. Nullius sexus, nulliusque aetatis pepercit dirus morbus, adeo ut infantes eodem gradu vexarentur ac juvenes & juvenes prout adulti utriusque sexus. Plebs magis laborabat prae nobilioris geniturae hominibus. Lotium mingebatur albidi coloris, statim putrescens. Singultus in principio morbi saepe aderat. Febris nota leuissima, adeo ut sub initium horrorem tan-

tantum notauerim. Flatuum emissio, doloris remissio, sitis diminutio, venter collapsus, decrementum morbi indicabant. Exitii notae erant: Singultus, dejectio materiae foetidae ac purulenta, anima foetens, extremorum tremor cum pulsu debili, internorum aestus cum siti inextinguibili, & angina utplurimum gangraenosa, quae halitum graueolentem prænuncium habebat. Nullum sane noui euasisse angina prehensum. Statim inter ejus initia, dolor ventris evanescebat, unde multi perpetram felicem morbi euentum augurabantur.

Curationem morbi ita aggressus sum, ut inter initia statim morbi & per superius & per inferius os, materiem acrem eliminarem: quod optime fiebat, vitro antimonii cerato, cuius grana decem pro rustico Westphalo vix sufficiabant, cum aliis quatuor granis assatim purgarentur. Postridie Tincturam rhabarbari absque sale tartari cochleatim dedi, partim ut obstructiō nem ventris, a purgante vehementiore metuendam impedirem, partim vero etiam ut resilitantia quaedam vitri spicula, & hinc inde intestinis adhaerentia euocarem, partim denique ut respectum ad hepatis labem, sine qua vix nascitur, haberem. Quarto circiter die, caeteris paribus, enemate alui fluxum dysentericum prohibere studui, absque omni quidem ingrauescentium symptomatum metu. Clysteris formula haec erat: Recipe Corticis simarubae drachmas

A 4

duas,

8 Obs. IV. *De eximio clyster. vsu in dysenteria.*

duas. conc. & coq. in aqu. com. vnciis sex ad remanent. vnc. quatuor. Coque pari modo Glutinis scriniorum aut Ichtyocollae drachmas duas in aquae com. vnciis octo ad remanent. vnciarum sex M. & adde Balf. de Copreib. gut. duodecim, aut p. r. n. vitell. ouor. N. ij. M. D. Sancte attestor, hoc clystere me multos a grauissimo morbo tuto ac celeriter persanasse. Dum antea consiliis aliorum medicorum inhaererem, & medicamentis per os solum assumitis vsus fuisse, vix tertiam partem seruare potui. Et sane medicamenta hausta nimium prius corrumpi & inuolui videntur ab acri, pituitosa & corrodente materia, ac ea loca vbi iuuare debent attigerint, quo ipsorum facultates labefactantur. Omnis vesca ex lacte, ovis, carnisibus juniorum animalium & panis fermentatus, pernicioса erat; contra vero utiles, succolada in aqua communi cum paucō vino cocta, & panē bis cocto comeſſa.

OBSERVATIO IV.

De eximio clysterum vsu in dysenteria.

Nobilis matrona septuaginta annos nata, cruciatus quam maximos in imo ventre percipit, non adeo multo post diarrhoea sequitur, quo sol-

soluuntur aliquantis per cruciatus isti, ast per breve tantum interuallum, siquidem posthaec, majori impetu rerudescabant, exteriora frigebant, interiora summo ardore tenebantur, inappetentia, nausea, vomitus, & dejectio per inferiora, dolor lacinans, frequenter infestabant, cui adhuc addo frequentem lypothimiam, pessimum post hujusmodi euacuationes symptomam. Inter initia neglectui habuit aegra & consilium sequuta est pharmacopolea, guttulas calidores stomachicas & laudanum liquidum decernentis. Cum autem hisce parum vel nihil proficeretur, & malum potius in deterius rueret, meo deum auxilio vtebatur. Protinus ergo dedi vitrum antimonii ceratum ad duo grana, quo sumto octies vomuit & quater dejecit. Posteaque tres horas quiete transfexit, quo facto enema injici demum curaui ; hocque vnico clyster auscultauit dirus morbus.

OBSERVATIO V.

*De dysenteria grauidae, ipsiusque infantis
recens nati.*

Vnus jam infantis mater, & nunc de nouo vtero gerens, dysenteria prehenditur. Nonus jam voluebatur grauiditatis mensis, quapropter A 5 draſti-

drastico purganti locus non erat ; soluto partu
infans ejulatum constanter edidit , & faeces de-
jicit purulentas , sanguineque hinc inde per-
mixtas.

Mater parⁱ modo torminibus affiebatur ,
lochiis tamen simul purgabatur , & caeteris pa-
ribus sat commode viuebat . Absoluta lochiali
purgatione methodo inhaerebam toties iam vsu
comprobatae ; quam ob rem propinabam vi-
trum antimonii ceratum ad grana duo , quo
quater vomuit & ter dejicit , postero die pree-
bebam tinturam rhabarbari aquosam absque
sale tartari paratam , denique elysterem antidy-
fentericum injici jussi , & sic dolores & deje-
ctiones drepente cessabant , absque ullo insecuto
detrimento .

Infantem ab acri materia & a morbo ipso
puluis purgans pro infantibus paratus , & simile
enema . Et hac methodo centenos & quod ex-
currit persanauit dysentericos .

Nunquam tamen omisi vrgente necessitate de-
coctum sinarubae saturatum & in connubio
ichtyocollae & nonnunquam opiatu potandum
dare .

OBSERVATIO VI.

Vulnus craniⁱ XXXVIt^e die lethale.

Comitis de Guoyon fermus a milite gregario
ex-

exercitus Gallici capite vulneratur, in regione paululum altiore a squamofa futura dextri lateris. Vulnerus multum cruentum fundebat. Deligatur a Chirurgo Gallo rudi sane modo, si quidem nil ille moliebatur, nisi quod digitum vulneri intruderet, & hinc inde agitaret, spiritumque vini infunderet. Cum demum meae curae aeger traderetur, inquiero specilli ope in vulneris, & praeter fissam externam tabulam depresso os innuenio. Adhibita quidem bono cum successu sunt medicamina, interim circa octauum diei confinia sinistra pollex paralyticus fit, maximo clarissimoque cerebri percussi indicio. Inter haec vero appetitus vigebat, incommodum aeger nullum sentiit, digestio bona, & hilaris animus, si excipias decimum quartum diem, quo conuulsionibus prehendebatur; hae vero non nisi sinistrum adeoque vulneri oppositum latus corripiebant, cum spasmo oris cynico, sinistrorum magis vergente. Accersitus statim propinabam guttulas meas contra conuulsiones & statim desuit malum, aegerque statim ac ad se rediit cibum aude desiderauit manducauitque. Sensim vero sensimque totum brachium lateris sinistri & motu & sensu priuatam est. Dolor capitidis locum super orbitam dextram per interualla tenens, primae statim Venae sectionem cessit, & toties etiam repetita est operatio quoties malum recruduit. Tertia hebdomade iterum conuellitur, relevatus vero guttularum ope.

ope. Modiolo perforandum quidem Cranium fuisset, nisi apparatu fuissemus destituti. Quapropter naturae soli proh dolor! aeger relinquendus erat. Quinta septimana vulnus aper- tum seruari vix poterat, ac circa finem ejus pus valde declinabat a statu pristino bono & sanio- sum apparebat. Sextae initium interitum mi- nabatur aegro, conuulsionibus de nouo prehen- so, quas sopor profundus sequebatur. Vesicatoria tum quideam bina applicabantur surae, & intra scapulas, euigilabat aeger postridie, lassitudo ve- ro modum fere excedebat, & aliis non nisi cly- sterum ope dejiciebat. Iusculis variisque stimu- lantibus reficiebatur. Breui post sopor redibat absque praegressa conuulsione, isque durabat ad usque medium hujus septimanae, ronchus, pul- sus intermittens, foetor scybalorum, inuolunta- rie excretorum, signa instantis mortis dabant, quae & XXXVIIto die sequebatur. Aperui cra- nium, & vis puris viridescentis oppleuerat ven- triculum dextrum anteriorem, in quarto serum viridescentis confluxerat. Inferior cranii tabula in duo frusta oblonga, acuta, duos pollices lon- ga, dimidiumque lata, & in tres apices desin- entia diffracta erat, hisque firmiter adhaere- bat dura mater. Externa cranii tabula acuto ense percussa erat, & labia vulneris externae ta- bulae, pariter ac labia integumentorum, ab in- vicem discesserant.

OBSER-

OBSERVATIO VII.

Rara species conuulsionum.

Virgo rustica quatuordecim annorum die XXV Ianuarii circa vesperam, cum nihil morbos in corpore sentiret, subito sibi imaginatur, pedes esse inflatos, & omnem supellecstilem domesticam velut sellas, mensas &c. esse diffrentias, anxietate summa prehenditur, attamen inepta haud loquitur, inter haec vero conuelliunt & agitatur thorax, musculi abdominales, artus superiores, collum, adeo ut mille credentes agitari articulis. Interim omnes sensus vigent, loquitur sed anxie, & tanquam longo fatigata cursu, sentit sibi aliquid gulæ infixum adscendere per stomachum e ventriculo, & ab emisso ructu paulo melius se habet. Hoc malum per accessiones rediit, & interdum integræ horae spatio desiit. Quamuis per integrum horam paroxismum perpetua est, vires tamen prout alias fieri consuevit ipsi non adeo fractae sunt, colloquia cum adstantibus necdit, & sat hilaris est. Foueri jubebam partes genitales balneo ex herbis emollientibus & sapone, interne vero ad placandum conuulsionum furem, guttulas ex essentia castorei, laudano liquido & liquore anodynō compositas praebui;

14 Obs. VIII. Olfact. & audit. abolit. ex menstr. &c.

bui ; quibus assumitis terriculosum symptomam remisit.

Non multo post ac tempus menstruum rediret in eandem calamitatem recidit, & confugit ad guttulas olim usu comprobatas, sed frustra eas siunc adhibet. De novo aduocatus video salivam copiose ex ore effluere, aegraque simul dolores in infimo ventre se percipere ait. Quam ob rem emeticum praebendum judicaui, quo rejecta copiosissima pituita, simul aliquot guttulae sanguinis e naturalibus stillant, & sic fulmine celerius, omnis labor, omnisque conuulsio euauit.

OBSERVATIO VIII.

*Olfactus & auditus abolitus ex menstrui
fluxus vicio.*

Foemina XXXVIII annorum, iter facit per loca paludosa nudatis pedibus & menstruis fluentibus. Cessabat statim menstruus fluxus, & horrore prehenditur foemina, altero die & Olfactum & Auditum perdit, febrisque accendiatur. Chirurgum adit castrensem, qui optimo consilio omnem neruum ad restitutionem mensum impendit. Succedit opus, & exemplo redeunt & olfactus & auditus ; nunc vero LII annos nata, vna cum his menses plenarie cesant,

sant. Loco menstruorum per vterque cacoëtheis ulceribus obsessus est. Incommodeum vero haud exiguum per haec sentiens, coalescere finit ulcera, sed quo magis haec consolidantur, eo pertinacior fit horum sensuum obstipatio. Quapropter coacta consilium medici adire, meum efflagitat auxilium. De noua pedum exulceratione cogitans, vesicatoriis eandem tentaui, postquam tumorem oedematosum antea paulisper ope massae pilularum squilletticarum resolueram. Et sic diu aperte seruatis ulceribus, usque in multum humorem fundentibus, sequebatur pristinus dictorum sensuum usus.

OBSERVATIO VIII.

*De efficacia pilularum squilletticarum in
oedemate pedum, dyspnoea &
podagra.*

Pedes rustici oedemate adeo distenti erant, ut mirum dictu! ad sternum usque adscenderet tumor. Dysenteria quondam laborauerat, & temere cohibitum fluxum sequebatur vastum hoc oedema. Anxietas summa & angustia pectoris diu noctuque torquebat aegrum. Dabam statim quotidie drachinas duas Massae pilularum squilletticarum, & ecce! tertio jam die flacci-

dior

dior cutis & paulo liberior pulmonum usus, spem faciebant reconualeſcentiae. Augebam indies dosin adeo ut ad tres drachmas quotidie adſcenderem. Hoc modo euacuebatur intercusaqua. Ne autem noua collunies deserta vacua inueniret, corticem post liminio adhibui limatura chalybis nuptam, qui tantum profecit, ut ſuos labores absque ullo incommodo rurſus ſubire potuerit.

Podagrico sexagenario dedi tertio ab accessione die binas drachmas dictarum pilularum & quarto ab assumptione die postquam assumferat vnciam viam, derepente remiferunt & dolor & inflatio.

OBSERVATIO X.

De denigratis faciei partibus, in febre acuta.

Miles gregarius Alsatus, febre acuta, in via comprehensus & per duos dies vectus tandem ad nos transferebatur. Tertius dies etiam sine ullo auxilio praeteriit. Misericordia erga illum, ad desperationem fere redactum, ductus, eundem visito, atque de raro phoenomeno obſtupefco, dum naſum, palpebras, labia, lingua & vngues prorsus denigratas video, aegro summa anxietate, summisque doloribus hypo-chondrii

chondrii dextri diuexato. Postridie mors vitae finem imposuit.

Hippocrates hac de re conferri meretur in Coac. praeon. 212. & 493. & Epidem. III. p. 1006. 1007.

OBSERVATIO XI.

De virtute medica scintillarum electricarum in paralyssi.

Placet quaedam ad memoriam mandare de efficacia scintillarum electricarum in paralyssi ex apoplexia. Tredecim annorum puer exemplo tanquam apoplecticus concidit. Summo mane aduocor, soporosum inuenio aegrum, stertentem & totum latus dextrum paralyticum. Duo vesicantia statim applicari jubeo, pariter ac clysterem acriorem, cuius vero usum parentes renuerunt, perinde ac Venae sectionem. Infuso illico spiritus cujusdam portionem ori. Altero die ad se rediit, & haesitanter loquitur. Fotibus aromaticis & spirituosis comparandis parentum crumena haud respondebat. Machina igitur electrica scintillas euocare decreui, & simul fotum animalis recens mactati applicavi. Electricum experimentum, ad quod vitrum limatura veneris intus loricatum adhibui, quotidie bis repetii. Sexto die iamjam pedem non

B

solum

18 Obs XII. De efficacia radicis Ipecacuanhae

solum mouere & obambulare poterat et si ba-
culo innixus, sed & brachii ac loquelae usus ali-
quis redibat. Maximam difficultatem manus
faciebat, utpote quae ad decimum tertium
diem immobilis persistebat. Sensim vero sen-
tisque & haec tonum suum naturalem recu-
peravit.

OBSERVATIO XII.

*De efficacia radicis Ipecacuanhae in
Hydrope.*

Emeticorum & purgantium insignis vis resol-
vens, minori dosi propinctorum hodie cui libet
quidem nota est, interim priorum usus in hy-
drope nondum hodie est frequentatus. Operae
igitur presum videtur, istum singulari obserua-
tione exponere. Nauta ex immoderato usu
spiritus ardentis, & diurna refrigeratione cor-
poris in naufragio incidit in hydrope, suscep-
titque omnia incomoda hydropis constanter,
per mensum & ultra, de quaerendo auxilio pa-
rum sollicitus. Prae difficulti & anhelosa respi-
ratione, vix verbum proferre poterat, & omnia
membra, brachium utrumque si exceperis ita
tumebant, ac si pulvinaribus inuoluta essent.
Præbui statim in initio purgans valentius, &
dein

dein potandam dedi quotidie mensuram decocti semiuiniosi ex Ipecacuanhae drachmis tribus & rhei vna. Primis diebus de nausea conquerebatur, sensim vero sensimque ventriculus melius ferre poterat decoctum. Sexto die praecordia molliora iam facta, spem recuperandam sanitatis dabant, sensimque transpiratione & mictu acceleratis, breui tempore reconualuit. Iucundissimum erat spectaculum, quomodo indies moles infimi ventris decresceret, & aeger facilius respiraret, cibum appeteret, sitim exigua copia potulentorum falleret, obambularet, & tandem absque incommodo laboribus se rufus subligeret.

De euacuatione aquae subter cutem per vrinnae vias, obseruationem addo. Rusticus, cui fluxus alui dysentericus ab adstringente fortiori remedio, erat coercitus, incipit pedibus tumefieri. Augetur indies oedematosus tumor adeo ut primis quatuordecim diebus, vsque ad abdomen adscenderet. Pilulas squileticas sequebatur frequens mictus, qui sane ingens fuit, & sic oedema inde dispulsum erat. In duobus hydropticis cutem super malleolis plaga satis alta aperui, fasciaque circumdedi, adeo ut inde exiret plurima aqua. Et hac operatione multum quidem ienati sunt aegri, nullus vero horum in integritatem rediit, inprimis cum conclamatae res erant, & nimis fero auxilium afferebatur.

B 2

OBSER.

OBSERVATIO XIII.*De enormi haemorrhagia post partum.*

Septemdecim infantum mater, durante decima octaua grauiditate variis symptomatibus, iisque perquam molestis diuexabatur. Haemorrhagiae vteri, diarrhoeae, dolores ex passione hysterica, alternatim excruciant, perquam macilentiam grauidam. Partus decimi septimi infantis erat ex praeternalium numero & laboriosissimus, partim ratione situs embryonis, partim ex obstetricis imperitia. Foetus erat natus praeviis. Obstetrix infantem prehendit, & uno quasi ictu, absqueulla adhibita operatione, extrahere conatur; unde collum infantis strangulabatur a contracto orificio vteri, adeo ut nec antrosum, nec retrorsum moueri foetus, nec digitus quidem adigi potuerit. Rebus ita compositis obstetrix truncum foetus linteis asperioribus inuoluit & auxilio trium aliarum vetularum, tanto impetu atripiunt foetum, ut is inde interficeretur. Ossa bregmatis, & os occipitis sese mutuo obtegebant, vertebrae ceruicis erant luxatae, adeo ut collum dimidio plus elongatum & extensum videretur. Integumenta capitis a fragmentis ossium erant macerata. Fieri aliter non poterat, quam ut puer-

puerpera in sumnum vitae discrimen inde con-
jiceretur. Absolutam demum torturam (partus
nomen enim nullo modo meretur) excipiebant
lypothymiae grauiores, haemorrhagia, quale in
legisse me vñquam haud recordor. Paululum
ad se rediens stragulis imponitur, ubi sensim
sensimque vires recolligit. Dolorem vero con-
stanter perseverante in dextro hypochondrio
percepit, sub menstruo fluxu tantum remitten-
tem. Fluor albus continuo fere raulo manans
omnes consumere videbatur vires, qui vero
medicamentis ex marte paratis; nominatiū
Tinctura martis cydoniata aut pomata, & li-
quore pro lauando dorso & abdoine, ex aqua
reginae hungariae & balsamo peruviano nigro
parato ut & insessu ex roborantibus herbis, au-
scultabat. Breui post decima octaua vice vtero
concepit, statimque a prima emansione fluxus
menstrui dolores ex hypochondrio dextro re-
crudefceabant. Quare primis tribus aut quatuor
graviditatis mensibus, tertia quaque hebdoma-
de sanguinem e vena brachii mitti curauit, quo
dolor remittebat. Quarto graviditatis mense
varia frusta coagulati sanguinis ex vtero descen-
debant, graueolentia. Dedi cum euphoria do-
fin pilularum balsamicarum Stahlii, quas major
sanguinis coagulati sequebatur effluxus. Quo-
niam vero noua metienda erat haemorrhagia,
sanguinem e brachii vena mittendum esse duxi.
Fluxus fistebatur, & sat commode se aegra ha-
bebat.

bebat. Quo propius autem a partu abfuit, eo magis foetus laetiam partem quaerebat, adeo ut vltimis grauiditatis diebus totum foetum in sinistro latere tantum quæsiueris. Die ante partum, cum ad templum veheretur & e rheda exiliret, vesicam ruptam percipit, omnium vero dolorum ad partum praeviorum inscia. De repente ergo domum redit & partum non modo, sed & dolores summa animi inquietudine expectat. Ast transit nychthaemerum, quo motum foetus plane nullum sentit. Altero mane vnico dolore ad partum, foetus dextrum pedem atque sinistrum brachium offert. Fascia circumdari pedem dextrum jubebam, simulque praecipiebam ut obstetrix, laeuam suam manum sub maxillam foetus adigeret, & sursum ferret, hocque facto sinistrum pedem quaereret, protrahendo, caputque in pelum deprimendo partum absoluueret. Secundinae facili opera soluebantur vna vero cum his propullulabat eximus riuis sanguinis. Lypothymia, inseparabilis comes horum malorum erat. Vixque lectum intrauerat ac insignior quantitas sanguinis ex parte coagulati etinanabat. Iterum in lypothymiam grauem puerpera incidit, adeo ut vix refocillari potuerit. Interim usque ad diem a partu tertium res puerperae bene erant compositae. Mane vero caput dolebat cum suffru aurium. Inquirebam in causam, & flusus lochialis sublisebat. Ad hunc renocandum

dum ergo, suppeditau pulueres ex nitro depu-
rato, castoreo & lapidibus canerorum paratos.
Dolores inde remittebant, lochiaque redibant.
Circa vesperam haemorrhagia tanto cum impe-
tu reuertebat, vt quantitatein uno insultu pro-
pullulantein vix sex quartariis capere potuisses.
Mortuae imaginem iam adepta erat aegra, &
egomet ipse de reditu in vitam desperabam.
Omnis hic igitur mouendus erat lapis, quo im-
modicus iste sanguinis fluxus partim fisteretur,
partim refocillaretur & simul redderetur tot in-
fantibus mater, & marito conjux amatissima.
Decerneram ideoque extemplo decoctum satu-
ratum ex aceto vini pauca aqua diluto, cort.
Granat. vitriolo martis & Gallis, quod cum lin-
teis quadruplicatis abdomini superdabatur. Vix
secunda vice reiteraueramus cum paulisper ad
se rediret puerpera; nihilominus vero iterum
iterumque illud applicabamus. Per interualla
etiam praebui cochlear vnum alterumue vini
rhenani, pauca aqua temperati, ex quo mul-
tum roboris in nervos defluxit. Posthaec assidue
sumsit pulueres ex castoreo & nitro cum eupho-
ria. Finita purgatione lochiali, fluor albus
tanta vi promanabat, vt collectus quartarium
vnum adimpleuerit. Inter eius initia nihil ad
eundem coercendum prorsus adhibebam, do-
nec mammae flaccidiores redderentur. Hoc
facto redibam ad usum martialium, cum inter-
positis leuioribus purgantibus, quorum egre-

24 Obf. XIV. De peripneum. pituit. oleo bezoard. &c.

gium vsum satis depraedicare non possum. Sub primo menstruo fluxu, rursus haemorrhagiam vteri metuens, quatuordecim diebus ante eorum apparitionem venam aperiendam curau. Fluxus tamen multo erat copiosior ac vnquam, ob debilitatem partibus inhaerentem. Quo studio demum absoluto rediit ad martialia, & per haec ad pristinam sanitatem.

OBSERVATIO XIV.

*De peripneumonia pituitosa oleo bezoardico
Wedelii externe adhibito quam citissime
sanata.*

Tres menses natus infans, grauedine in cum angustia pectoris contrahit, aliis plane clausa est, nec purgantibus exfolui se finit, sed clysteribus tribus tandem aperitur. Suffocatio metuenda erat a materia catharrhosa in pectus data, quapropter lintea quatruplicata oleo bezoardico Wedelii imbui & integrum thoracem eis inuolui curau: post bihorium ingens pituitae vis ex naribus manans pulmones liberavit.

OBSER-

OBSERVATIO XV.

De emetici efficacia in hernia incarcerata.

Talis aeger meae curae tradebatur, postquam obseruationem celeberrimi Zachariae Vogelii *) memoriae mandaueram. Praebui emeticum ex Ipecacuanha & post modum reponi facili opera intestinum prolapsum poterat.

OBSERVATIO XVI.

De Moschi viribus in asthmate conuulsuo.

Credibile vix est quantam miseriam sustulerit juvenis viginti quatuor annos natus, ex asthmate conuulsuo tam vehementi, ut sibilo aeris inspirati, adstantium aures non aliter afficerent ir, ac illo sono venti, aedificiorum latebras impetuose perflantis. Statis temporibus, praesertim autumno & hyeme reuertebat malum, & tunc omni fere vesperi misere excruciat aegrum usque ad horam quintam vel sextam matutinam.

B 5

Tus-

*) Merkwürdige Krankengeschichte &c. &c. Erste Sammlung. Rostock und Wismar 1756. p. 143.

26 Obs. XVII. De moschi viribus antispasmodic.

Tussis illud praecurrebat. Venter erat constipatus isto tempore, urina mittebatur albicans. Variis incassum adhibitis remedii tandem deglutiendo dedi pulueres ex Moschi grano uno, lapidum cancrorum granis decem, quorum quotidie tres sumebantur, & circa vespere rhabarbarinum pro laxanda aliud. Transpiratio melius tunc succedebat, & quarta jam die paroxismus leniebatur, ut deinceps rarius accederet. Per quatuor menses hos pulueres constanter summis, & nunc plane non amplius ejusmodi affectum experitur.

OBSERVATIO XVII.

De moschi viribus antispasmodicis.

Foemina quaedam nobilis peculiariter spastica Medicis cynico dicto, quotidie fere diuexabatur, posthaec leuissima febris accendebat, apices digitorum frigebant, vola manus madebat, & sanguinis motus velocior aderat. Cortice peruviano domari non poterat febricula & martalia etiam incassum adhibebantur. Quare nunc moschi vires experiebar. Quoniam non omnes foeminae aequi bene moschum ferre possunt, inter initia tantum capsulas pro capiendis pulueribus adaptatas leuiter eodem oblinui, & cum intelligem.

gerem quod odorem ejus absque incommodo ferre posset, addidi primo die granum diuidium, altero integrum & sic sensim adscendi usque ad quatuor grana, quo facto nullo amplius spasmus nota sentiebatur. Eudem praestitit effectum in alia foemina Iudaea pari fere morbo vexata, & haec quoque eudem bene sustulit.

OBSERVATIO XVIII.

De carie & sphacelo ex panaritio male tractato in pollice feliciter sanatis.

Hocce autumno plus quam quindecim panaritia obseruare mihi contigit, & foemina quae-dam eodem pariter erat diuexata. Chirurgus incisionem pollicis neglexerat, quo materies collecta primam phalangem pollicis eroderat. Dolores immanes misere excruciant aegram. Postquam ego accersebar, sphacelo iam occupatum inuenio secundam phalangem, brachium tumidum, & inflatum. Phalangis primae integumenta putrescebant & insigne spargebant foetorem. Omnem adeoque substantiam sphacelosam usque ad sanas partis confinia cultro extirpauit, sanum vero lanceola multis locis incidi, & oleum caryophyllorum cum peruviano balsamo vulnerisculis infudi. Manum brachium que

que linteis ex decocto corticis peruviani & florū chamomillae e calcis aqua inuolui. Interne pariter copiose corticem deglutiandum dedi. Non multo post omnis nota putredinis delebatur, & e vulnere bonum pus emanabat. Postquam nunc alia adhuc frustula carnis resecaueram, quo ad os perueniri posset, omnem ejus superficiem nigrore obductam conspiciebam. Quotidie adeoque sexies instillaui oleum caryophyllorum balsamo peruviano rupturn, relicto linteo carpto imposito. Pollicem fouebam supra memorato decocto. Aliquot diebus præterlapsis, frustulum ossis nigricantis auferri poterat. Brachii tumor inter haec evanuit, & vallis demum vnguento digestiuo persanabatur.

OBSERVATIO XIX.

De inoculatione variolarum in nouem infantibus suscepta.

In variarum aetatum infantibus, praemissa debita corporum praep̄ratione, variolas insitione excitaui, partim autumno, partim vere. Naturum maximus erat undecim annorum & sex mensium, minimus trium annorum. Nonnullis ante insitionem dedi, mercurium dulcem, nonnullis lignoruim decoctum, interposuique
vbi-

vbiique purgationes. Valetudinarios ad protractiorem usum medicaminum adstringebam, pariter ac ad accuratiorem diaetam. Tertia vel quarta circiter hebdomade, sura incisa venenum variolarum gassipio exceptum vulneri indidi, idque emplastro glutinante obtegi. Inde ab hac die, singulo vesperi pedilunio subcalido uterbar. In hoc stadio, nempe ab insitione usque ad febrem Tincturam florum papaveris rhocados exhibui, nonnunquam etiam rheo alium duxi. Eruptio variolarum nec eodem die nec iisdem sub circumstantiis contigit. Leuissima tantum febris accendebatur, in alio nono fursus decimo quarto in alio, adeo ut nulla certa regula statuit possit. In plurimis secundo aut tertio paroxismo exanthemata in conspectum veniebant. Vulnera non idem pus manabant, in quibusdam erat tenuius, in aliis spissius. Primum signum infectionis dabant pustulae exiguae circa labia vulneris, quas in omnibus obseruauit. In duobus exanthemata admodum rara. Vnus ex his uanu immaturam deuorauerat, unde maximi ventris cruciatus & diarrhoea sequebatur, & variolae partim euanecebant, partim nigrescebant. Data vero rhabarbari Tinctura theriaca Andromachi remixta, dolores ventris cum diarrhoea remiserunt, & variolae de novo propullularunt.

Ad aliam bigam transeo. Vnus horum decem annos erat natus. Cum adhuc in praeparatione

ver-

versarettur, incidebat in Icterum, qui vero appropriatis medicamentis satis cito obtemperabat. Hujus soror nouem annorum, ab incubabili fere serpagine, variisque aliis efflorescentiis cutis obsessa fuerat, multa pituita erodente e naribus fluente. Hanc mercurio dulci & lignorum decocto purgauit. Inde a decimo aut duodecimo die ab infestatione variolae turmatim e cute efflorescebant, morbusque sine incommmodo finiebatur.

Reliquis quinque infantibus una eademque hora inseri morbum curauit. Longe autem distantibus diebus propullulabant exanthemata. Natu horum maximus undecim annorum cum dimidio, duodecima denum hebdomade febrem expertus est, vulnera nonnunquam coeuate, quod vero studio apertum seruabam, nullus vero conuulsionibus prehensus est. Nec in pejore statu versari videbantur, si natu maximum excipias, qui inter eruptionem ischuria duorum dierum vexabatur. Illiniui vero subinde oleum petrae perinaeo, & statim leuatum inde malum fuit. In his quibus multa pituita e naribus profluuebat, copiosior non modo prouentus erat pustularum, sed copiosius pus ipsa vulnera fundebant, & cum bene suppuraret vulnera, imminebatur pituitae fluxus & oculorum quoque squalor. Materia e vulnera variolae infecti excepta eandem viam ac pus ex incisa variola exerit.

OBSER-

OBSERVATIO XX.

De seniori usu Venaesectionis in acutis.

Cum mihi delatae erant curationes militum gallicorum Dipholzam obsidentium, unus ex hisce laborabat febre ardentissima. Pluries jam vena pertusa erat, ast incassum. At cum decima quarta die venam rursus pertundi curaueram, vix credibile est quantum solatii exinde hauserit miles. Quum enim angeretur ardore, inquietudine, deliriis, secessu inuoluntario aliisque incommodis, post venam sectam sudor, tranquillitas, animus compositus, aliaque quae aegrum in sanitatis statum reuertentem decent, paulatim aparebant. Postridie vrina mingebatur cocta, sedimentum affatim deponens, adeo ut quem prius perditum credidisses, nunc sanitati redditum paulo post dixeris.

Parem efficaciam praestitit Venaesectio in foemina per octo dies jam acute febriente. Aphona erat, sudoribus frigidis perfusa. Aperiiri tum venam brachii jubebam & non multo post ac vnciae circiter tres emissae erant, melius fe habebat aegra, adeo ut deletae fere flammulae vitali nouis inde substerni videretur ignis.

Bene tandem etiam reconualuit.

Alia foemina valde ex febre ardet, consilium

chi-

32 Obs. XX. De seniori usu Venaesectionis &c.

chirurgi perniciosissimum sequens, qui nil nisi liquorem anodynum cum Essentia corticum au-
rantiorum maritatum, morbo opponit. Quibus per decem morbi dies vfa, sic, ut singulo
bihorio sexaginta guttulas assumeret. Ad ex-
trema acta aegra, furibunda, & anxia, ardens-
que tandem meae curae tradebatur. Ante
omnia ergo venam aperiendam duxi & emissas
decein vncias sanguinis, sequebatur quies, &
non multo post sudor, cum notabili omnium
symptomatum remissione, propinabam oleum
bezoardicum Wedelii, & oxymel simplex de-
cocto hordei dilutum. Quibus remedii supera-
ui febrem.

Valde credibile est, venaesctionem circa
criseos confinia administratam in plurimis mor-
bis acutis plus auxilii praestare, quam inter eo-
rum initia, siquidem hujusmodi venaesectione tam
sanguinis motum reddit, qui ad extur-
bationem materiae coctae valde necessarius est.
Et sane manifestum est quod in plerisque acutis
morbis anodyna plus praestent circa crisi, quam
temperantes pulueres, Iulepi ac Mixturae, quod
per illa secessus particularum vitiatarum facili-
tatur. Non nego interim usum venaesectionis
etiam in initio morborum, siquidem ipse ea
vtror. Plura exempla senioris venaesectionis
usum confirmantia apponere non volui, ne re-
petendo molestus fierem.

OBSER-

OBSERVATIO XXI.

*De Haemiplegia variis stipata symptomatis,
superueniente febre sanata.*

V idua quaedam plus quam sexagenaria, Haemiplegia prehenditur. Huic multum sanguinem ex brachii vena mitti curauit, & versus vesperam cum fascia remiserat, insignem cruris molem de noto vena fudit, unde vero debilior facta aegra hanc fuit. Paucis post horis quatuor vesicatoriis brachium suramque utramque exulcerauit, cum notabili torporis decremento. Quartu[m] morbi die de graui dolore vrente, in umbilicali regione, & de dolore tensu sub dextro hypochondrio conquerebatur (sinistrum latus occupauerat haemiplegia) videbaturque morbus die septimo transitum in diarrhoeam minari. Quapropter clysterem emollientem applicari duxi, qui vero cum nihil moueret, repetebatur adhibita acriori medicina. Remittebant inde haec symptomata paulisper, redibant vero postridie immensi dolores, quibus spondis cataplasmata abdomini & emplastrum saponatum hypochondrio superdedi. Fixi erant hi dolores, quamobrem inflammationis futurae aut clandestinae metus erat; accedebat etiam aestus, sitis,

C

fice

siccitas oris, & nonnunquam singultus. Ad fallendam sitim aquam dedi bibendam, super Cre more tartari, saccharo & cortice citri coctam, simulque Mixturam quae ex lapidibus cancrorum, aceto vini solutis, camphora cum pineis trita, nitro depurato, & sale ammoniac o constat. Clysterem quoque infundi curau i pariter camphoratum, & sic fulmine celerius glic scens ignis extinguebatur. Pulsus per totum fere morbi decursum erat naturali similis, vrina citrina, cutis madida, & tamen siccitas oris, & fitis erant indomabiles, nec aliud respondebat. Verissima hic deprehendi CELSI de morbo regio effata *) soletque accedere & sitis & dolor capitis, & frequens singultus, & praecordiorum dextra parte durities, spiritus diffi cultas, membroru in resolutio." Quam ob rem & de obstructo hepate cogitare coepi, in primis cum facies & oculi flavescebant **) sa porque amarus percipiebatur, & color vrinae rubicundior videbatur. Hac via ergo ductus decoctum rhabarbarinum cum Althaea dedi, ad recludenda loca obstructa, quo faeces durioris consistentiae in globulos redactae primo conatu rejiciebantur. Continuo ejus usu per quinque die,

*) Lib. XIII. Cap. XXIV.

**) Cell. I. c. Color autem eum in orbum detegit maxime oculorum, in quibus, quod album esse debet, sit luteum;

dierum spatium, redit paulatim color naturalis tam faciei, quam vrinæ.

Noua vero ludebatur scena à die inde vigesimo primo. Febrem nempe incidit continuam remittentem, multo stipatam aestu, versus vesperam intensiore, sudore fere nullo aut parco. Ad quam debellandam dedi inter initia sulphur auratum antimonii, radice serpentariae virginianaë nuptum. Per octo dies aliud clausa fæces demum deposituit foetidissimas, quod sulphuri erat tribuendum. Statim pilularum balsamicarum drachinam dimidiari in conuenienti vehiculo solutarum propinaui, ad euerreada omnia ea, quae sponte naturæ excludi non poterant. Posthaec cortice peruviano, aut ejus extracto, itemque decocto vino, superauit febrei. Intestinorum laxitas restabat reparanda, quam ob causam propinaui puluerem ex Stomachico Birkmanni, croco martis aperi-
tiuo stahlii, & oleo quodanu aethereo, pro rerum indigentia. Tandem, cum oedematofo tumore malleoli sinister circumdabatur, omis-
sis pro tempore martialibus pilulas squille-
ticas Edimburgensem deuorandas dedi, quae tumorem dispulerant. Redii tunc ad usum
martialium & nominatum Tineturæ martis
cydoniatae. Quibus remedis aegra conti-
luit.

OBSER-

OBSERVATIO XXII.

De febre verminosa pleuritidem mentiente.

Puer rusticanus nouem annos natus, insigni horrore, cum infrequente aestu & doloribus punctoriis, in thoracis dextra regione prehenditur. Medicamenta pleuritidi accommodata a me decernebantur, ast incassum. Altero die cum eum visito, pulsus erat pleuriticorum haud absimilis, tamen mollior, facies tumebat, & prae intensissimo aestu comburi fere videbatur, delirabat, abdomen contrectabat, & digitis nasum subinde fricabat, quapropter de vermis mihi nunc nascebatur suspicio, nec frustra adhibui nunc anthelmintica & inter haec clysterem ex lacte & oleo lini paratum. Non multo enim post, aluum depositum, quo simul nouem lumbrici exierunt & derepente aeger in integritatem rediit. Similem alio tempore obseruauit casum ubi praeter alia pleuritica symptomata, tussis cum sanguinis sputo aderat. Solo fere pulsus dignosci potest.

OBSERVATIO XXIII.

De taenia.

Difficilis res est, taeniam expellere. Omnia non-

nonnunquam medicamina is vermis respuit. Nec instrumento facile educi se patitur *) nec amarissimis semper cedit, multo minus lacte allicitur. Nuperriime autem cum virgo quae-dam Essentiam jalappae purgandi scopo sum-sisset, ejus vi taenia expulsa fuit triuim vlnarum longitudine. Non multo post iterum sumvit medicamentum & de nouo prodierunt frustula taeniae. Alio medicamento purganti cedere recusauit. Commodissimum anni tempus ad expellendum vermei ver est. Hoc & praeter-lapso anno haec obseruare licuit, dum in variis subjectis tunc temporis sponte, integri prodie-re. Nemo ignorat, quanta symptomata ab hoc verme proueniant, sub larua aliorum morbo-rum saepe latentia. Febres, conuulsiones, haemorrhagiae, laernae malorum !

Q. S. Samonicus :

Quid non aduersum miseris mortalibus addit
Natura, interno cum viscere T A E N I A
serpens

Et lumbricus edax viuant inimica creanti?
Quod genus assiduo laniat praecordia morsu
Saepe etiam scandens oppletis faucibus hae-
ret,

Obseffasque vias vitae concludit anhelae.

C 3

OBSER-

*) Vermischte Schr. aus der Naturw. Chym. und Arzeneygel. Erstes Stück. Franckf. an der Oder 1756. p. 199. seq.

OBSERVATIO XXIIII.*De Pleuritide.*

Frequens hic morbus est, & quotannis multi eodem conflicantur. Terribilis quidem ille videtur, ast vilissimis, nec e longinquo petitis remediis, imo domesticis auscultat. Brevis est nec diu quem torquet. Aestiva vero pleuritis plus habet periculi. In initio morbi si diarrhoea acciderit pessimum est. Vomitum quinto die salutarem vidi. Dolor intrascapularis, aut circa claviculam certissimum reconualecentiae signum est, si ad septimum usque diem perdurat. Subita dolorum & tussis remissio tertio die contingens brevi post apoplexiā futuram denunciat. Malum quoque est primis statim diebus sputa coctorum similia rejicere. Sinistri lateris punctura rarer esse consuetuit, paucos in animum reuocare possum. Omnia in uno horum erant pleuritidi dextri lateris similia, si vomitum quinto die excipias. Biliofa ter euonuit, nec debilior inde factus est; ipso dein hoc die reliquam saburram decocto laxatiuo Manag. ad duas uncias euerrendam duxeram, quo facto quiete dormiuit, altero die sputa & urinae erant cocta & sudoris magna vis propulsa. Inde ab hoc die appetitus quoque redibat.

bat. Purgantia vero in hoc morbo maxima cum circumspectione propinanda esse **ILL.** **TRILLERVS** *) bene monet; neque prius danda ac de apparatu prauorum humorum in primis viis haerentium certissimi sumus. Clysterum usum eximium esse ex m. I. Auctore novi. At si ejusmodi inquinamenta altius haerent, tunc lenissimo laxante, quale mannatum decomum est, ut, haud superuacaneum est, imo necessarium.

Magnum etiam auxilium in lacte positum est, quippe quod calide cum linteis quadruplicatis, aut in vesica lateri dolenti superdatum egregie se gerit: mollit enim & humectat, & siccitat ab interno aestu optime succurrit. *Bonetus* vnum alterumue tabum pufmonum pleurae adhaerescere in cadaueribus a pleuritide jugulatis deprehendit. Sub aestu enim intensissimo, pleuritidi proprio, glutine quasi pulmones obducti pleurae adhaerent. Hinc patere videtur acies dolorum inter tussiendum, ubi nempe pulmones a pleura magno impetu auelluntur. Usum adeoque topicorum lateri affecto superdatorum facile quisquis comprehendet. Vesicantium in hoc morbo vim nondum expertus sum, & sane nolui dolorum cohorti nouum tormentum addere.

Cum de externis quaedam proposita sint remediis, de internis quaedam suggerere proximum
C 4 est,

*) in elegantissime conscripto libello de *Pleuritide*.

est. Phlebatomiam non memoro tanquam auxilium omnibus notum. Id vnicum tantum addere placet, maximum leuamen venae sectionem adferre, si in brachio ejusdem lateris instituatur. Internorum medicamentorum apparatus exigius quidem est, ast multorum salute comprobatus. Inter initia nempe lateralis morbi, potandum do, mixturam ex aquis sic dictis pectoralibus, Veronicae, Tussilaginis, Hysopi &c. cum oxy-melle squillitico & pro circumstantiarum ratione paucō nitro remixtam. Pergo hisce usque dum respiratio liberior, & exscreatio sputorum faciliori opera peragi potest. Post haec sub febris remissione nonnunquam extractum corticis peruviani saccharo lactis maritatum deuandum dedi. Post unum alterumue a prima assumptione remedii diem optime plerumque se aeger habet; dumne ipse vitium commiserit, quod morbum grauiorem reddat. Quae reliqua de pleuritide monenda forent, latinissimus **TRILLERVS** in supra cit. libello optime & quam perspicacissime persecutus est.

Interim non poenitebit hic legisse, lateralem morbum podagra, quale exemplum bis, aut oedemate, quod semel vidi solui posse. Loco enim sudorum, hallux e podagra dolere & rubore incipiebat. Alliciebam protinus podagrificam materiam fermento sinapi maritato, quo intra nychthaemerum ille tumefiebat, & aeger inde in sanitatem redibat. In plerisque morbis natu-

naturae vestigia preinere optimum est, & in podagrico homine altero semper oculo, hallucem respicere debet Medicus. Oedemate soluebatur pleuritis, loco sputorum, quae plane non excernebantur, & funestum euentum secuturum minabantur.

Nuper adhuc effectum vidi singularem, quem camphora in pleuride peripneumonica edidit. Cum ex certis signis cognoueram, peripneumoniam conjunctim cum pleuride proh dolor! aegram torquere, camphoram cum extracto cascariellae aquaso in forma pulueris dedi, & incredibile est, quantum inde solatii hauserit aegra.

OBSERVATIO XXV.

De Hydrope ex catameniorum obstruktione sanato.

Alibi jam a me memoratum est: optimam methodum Hydropi medendi in eo consistere, ut fortiora evacuantibus praemittantur resolutio. Verissimum hoc rursus deprehendi in virgine mensibus inordinatis jam diu vexata, & a sex mensibus inde chlorosi laborante, absque tamen fluore albo. Febris simul praeflo erat remittens cum immensi caephalaea: Pedes fiebant oedematosi, sensimque ad abdomen usque

humor collectus adscendebat. Inter initia praebui Edinburgensium pilulas squilleticas; quibus febris delebatur; posthaec decoctum sanguinosum ex Ipecacuanha, Rheo, & medio corcie sambuci, cajus posterioris laudes iam cecinit Q. S. Samonicus:

Conueniet teneare radix decocta sambuci.

Detunuerunt sensim sensimque pedes, & cum vrina effluxit subtercus aqua. Per duos menses patienter assunxit hoc decoctum, & euacuationem plurimorum humorum secutus est catameniorum fluxus, cum integritate corporis. Interposui quoque singula hebdomade bis decoctum mannatum. Alium septuagenarium verbi diuini praeconem hypochondriacum, eodem ferme modo sanavi, si excepias id, quod post assumta resoluentia Pyrmontanas potauerit,

OBSERVATIO XXVI.

De febre intermittente tertiana in continuum transeunte, pessimisque symptomatis stipata.

Ex nobiliorum sexu matrona XLVI annos nata, cholericō sanguinea, toroso corporis habitu praedita, horrore ingenti prehenditur octo horarum spatio vix ab soluto. Sequitur hunc aestus

aestus intensissimus, sub cuius feroore conuulsionibus, & animi deliquio alternis vicibus diuexabatur. Pulsus quod mirum! sanissimi hominis erat, inter conuulsiones & animi deliquium, & tamen respiratio interdum per horae quadrante m plane erat abolita. Hinc suspicio mihi nascebatur, haec symptomata hystericis affectibus magis quam febri deberi. Quam ob causam castoreum ad sponda ea adhibebam, neque omni effectu destituebatur medicina, quem vero an delinquenti paroxismo, an castoreo tribuerem nesciebam. Conuulsiones & animi deliquia plenarie desinebant, & breui post paroxismus finiebatur, absque notabiliter tamen sudore. Aestus duodecim horarum decursu absoluebatur. Sub ipso hoc aestu, venam pertundi curaui, quo melius se habere aegra coepit, tertiaque a venaefectione hora fluxus catameniorum ingruit. Spes mihi inde nascebatur, conuulsiones nunc sua sponte cessaturas esse. Sub intermissionem VI-VII horarum, sub quarum decursu aegra, anxietatibus praecordiorum vexabatur, hypochondria erant inflata & dura, lingua tremula, nausea vomitusque sub frigoris impetu vrgebat. Cuncta quidem haec emeticum desiderassent, nisi catameniorum fluxus adinodum copiosus, & oblectatio aegrotantis id vetassent. Decoculum ergo latarium mannatum substituebam; ex quo cum ter vel quater dejecisset aegra, multo melius se habuit.

habuit. Intermittebat autem jam febris XL horas, appetitus autem plane erat deletus, & inter haec nonnunquam, praecordiorum anxietatibus, lypothymis & conuulsionibus prehendebatur, quae tamen Naphthae vitrioli statim cedebant. In transitu hic intactum relinquere non possum, Naphtham respuere camphoram & nullo modo eandem soluere. Tertius paroxismus nunc ingruebat, horror non ultra III hor. durabat, aestusque IIII horis absolvebatur, hunc sequebatur sudor vniuersalis & salutaris, siquidem vires inde nullo modo fractae sed potius auctiae apparuerunt. At cum, sudoribus laudabiliter & copiose adhuc fluentibus, inducium mutaret aegra in cubiculo frigiduscule, eodem ferme momento in horrorem recedit cum summo angore, & catalemeniorum suppressione, non minus ac sudoris. Quo nunc quidem ex intermittente febre continua subnascebatur satis anceps. De nouo nunc quoque conuellebatur & animus saepe numero delinquebat. Accedebant praeter haec singultus, aphoniam, paralysiam linguæ, quae simul sumta nil aliud quam mortem portendere videbantur. Inter haec tamen facies adhuc erat sui similis, bene colorata, situs in lecto consuetus, oculorum splendor bonus, & pulsus aequalis, quam aequalitatem caeterum omni alio morbi tempore, sub frigore, sub aestu, sub sudore, imo sub lypothymis, conuulsionibus, ante, sub, &

& post catameniorum fluxum secundum horologium meum portatile, indefessa opera observauit.

Caeterum cum in nostra aegra nil aliud molliendum erat, quam ut febris sopiretur, sub remissionibus extractum corticis peruviani dedi, cum strictiori regimine, quo factum, ut duodecima a prima exhibitione hora luculenter ea intermitteret. Quam intermissionem ambabus amplexus, affatim porro ipsum corticem exhibui, & hoc tandem modo rebellum morbum vici. Recollectis viribus, potandarum Pyr montanarum suasor fui, quibus in pristinam sanitatem rediit.

OBSERVATIO XXVII.

De grauiditate apparente.

Foemina XL annorum, quum ob varia delicta in carcere publico custodiretur, de defectu mensium & abdominis tumore conqueritur, grauidamque se esse pronunciat & ob hanc causam laxiorem obtinuit carcerem. Ast cum decimus jam volueretur mensis, & partus hactenus frustra expectatus fuerat, rogabar ego a iudice, ut inquirerem in ejus rei conditionem,

Abdo-

Abdomen ergo in toto suo ambitu aequaliter quidem expansum, nec motum tamen quendam foetus percipere poterat, licet lactis non nihil vbera dabant. Maxime ergo dubius haec in re, digitum in vaginalm introiit, ac uteri orificium explorauit, quod plantum erat, ac ita quidem comparatum, ac si partus aliquis inflaret. Extractum vero digitum sequebatur ingens copia sanguinis grumosus, foetentis, putridi, nigricantis. Mammum tum abdomini imponebant, leuiterque compresso abdome, sanguis nunc porro tanto impetu effluebat ac si liquor e dolic mittitur. Foetor mihi diutius ferendus non erat, qua propter nil aliud moliebar, quam ut haustu vini reficerem aegram. Altero die abdomen erat collapsum, vbera vix guttulam lactis dabant, quam ob rem resipientibus & paucis emmenagogis omnem absolu*m* paginam. In sanguine explorato, ne stamen quidem embryonis in conspectum veniebat.

In transitu intactum relinquere non possum euphoriston quoddam remedium, efficacissimum tamen, ab lactantibus commendandum, quod in eo consistit, ut maminis saponis illius fusca vulgaris (braune Seiffe) cireiter uncia dimidia tergo versus imponatur. Quo matimae statim flaccescunt. At aut leuiori laxante tunc utendum aut emmenagogi.

Emmenagogi sunt in modis variis. Etiamque sunt in modis variis. Etiamque sunt in modis variis. Etiamque sunt in modis variis. OBSERVADA.

OBSERVATIO XXVIII.

*De efficacia mercurii sublimati corrosivis,
interne dati, in cancro cum
carie.*

Iuuenis octodecim annos natus, hocce malo a longo jam tempore erat detentus, in eum de-
mum auxilium poposcit, postquam varia in-
cassum adhibuerat medicamina morbo. Haec
autem erat tum temporis rerum facies.

Labium superius tumidum erat & dolens,
adeo ut quamplurimas noctes infomnes trans-
igeret, interior ejus superficies erat exesa, pa-
riter ac gingua maxillae superioris, alveoli
dentium incisorum & caninorum cariosi, &
fragiles, ita ut progressu temporis, frustum
hujus ossis sponte excideret, quodque recepta-
culum fuerat quatuor dentium. Mox infra
fraenulum labii superioris sinus adscendebat,
latitudine pollicis, in utramque cavitatem nisi
duobus foraminibus definiens, & sanioso mu-
cosam materiem abunde fundens. Infra orbi-
tam dextram, in regione canalis nasalis, tu-
mor aderat, & ubi premeretur stridebant ossa
subjacentia obscure.

Quoad sanationem, varia iterum tentauit,
minus succedentia, donec tandem praecepsum

LL.

ILL. HAENII *) secutus ad scopum peruenientem. Hujus verba haec sunt: "In libra spiritus frumenti, grana sex mercurii sublimati corrosio soluuntur, danturque ejus duo de die cochlearia; aliquando, si videmus id hominem bene ferre pertinaxque sit malum, ter, imo quater de die; ea lege ut vel decocti alicujus emollientis, Altheae Bardannae, imo saepe aquae purae, Libr. II. III. totidemque lactis, quotidie absunat, & omni quarto mane purgetur quinque pilulis ex mass. pil. extr. cath. gr. X. scammon. & Ref. Ialap. à gr. V. Spir. Vin. q. f. vt f. pil. No. V."

Prima septimana, adhuc timidus, dimidium tantum cochlear bis in die dedi, altera vero, cum noxiam non viderem, ad integrum progressus sum qualibet vice, & sic adscendi ad duo, & hisce continuabam ad finem usque curae. Per sesquimensem haec patienter assumit. Primis ipsis diebus ac bina cochlearia per vicem assumeret, salivationem aliqualem expertus est, quae vero sua sponte desuit. Externe variorum medicamentorum vires hac occasione expertus sum, de quibus sigillatum vero infra. Nunc saltem de phlegmate vitrioli quedam proferam, utpote quod optime se gessit. Tangi saepius in die ulcus eodem iussi, pariter

ac

*) Anton. de Haen Rationis medendi pars altera.
Edit. alt. p. 174.

ac calide in sinum injici. Statim vero effluxit per os ac per foramen alterutrum nasi injicentur liquor. Dolores excitabat vehementiores, verum progressu temporis nullum plane inde sensit incommodum. Sensim sensimque sinus coalescebat, foramina claudebantur, & ginguae noua obducebantur carne. Tumor vero ille, quem supra memoraui, saliuatione finita euanescebat, nec stridor ossium amplius percipiendus erat. Cicutam in forma cataplasmatis superdatam valdopere commendo, tanquam medicamentum dolores initigans, & lene narcoticum. In forma pilularum interne dedi extractum cicutaæ, cum mihi traderetur aeger, methodo a Cel. Störkio *) proposita, ast nihil emolumenti inde aeger percepit. Nec multo melius se gessit Mercurius diaphoreticus Cel. Kleinii **) cum decocto suo antiuenereo. Essentia vulneraria ex mere balsamicis conflata parum profuit. Paregoricum saturninum, nihil.

OBSERVATIO XXVIII.

*De efficacia mercurii sublimati corrosiui in
spina ventosa.*

Ex erysipelate male tractato nata erat spina sic
D dicta

*) Libellus de cicuta. Vindob. MDCCXL.

**) Select. medicamentorum rationalis, Francof. &
Lips. 1756. p. 50. & 51. p. 134.

50 Obs. XXVIII. De efficacia mercurii subl. &c.

dicta ventosa, in tibia. Signa hujus morbi, cum
plebi adeo nota sint, heic praeteream.

Filia erat duodecim annos nata, cum saeppe
natura erysipelate prehenderetur. Chirurgum
hic de re consuluit, rem refrigerantibus aggrediens.
Materia erysipelacea sic ad interiora pul-
sa, periosteum primum, denuo os ipsum ero-
dit, & ultimo medullam corruptit, morbumque
ossis, quem spinam ventosam vocant produxit.
Varia praeter iam memorata remedia a chirurgo
tentata sunt, quae vero cum singula incassum
adhiberentur meum denuo quaesuerunt auxilium.
Variae tum temporis magnitudinis ossa
& fragmenta exciderant, adeo ut medulla iam
vno loco, prope sub tuberculo ossis tibiae in
conspicuita veniret. Malleolus vterque pariter
exefus, & vt breuissimis dicam, omne os ver-
mibus quasi erat perreptum, sic ut de ampu-
tando iam cogitarem. Interim tamen tentanda
ea duxi quae experientia H A E N I V M & post
eum me ipsum docuerat. Parare itaque curauit
solutionem mercurii sublimati corrosui, eodem
modo ac in obseruatione precedente videre est.
Absque ullo incommodo tulit medicamentum
filia, quae intra sesquimensem viginti quatuor
assunxit grana. Omnia illa ossium fragmента,
quae soluta iam erant eximere curauit, & sensim
sensimque callus prodibat, clarissimo instantis
perfectae sanationis signo. Vicera successivo
coibant gradu, tumor evanescerat, & sic no-
num

num corpori fulcimentum datum erat. Ex exterrorum remediorum penu per pauca adhibita sunt. Profundissimum vlcus lenissimo linteo carpto, eoque solutione sulphuris imbuто repleui, emplastroque tenacissimo tegi, quo liber aëris accessus impediretur. Reliqua vero vlcuscula superficiaria tantum liquore styptico albo aut phlegmate vitrioli consolidaui. Cum aliquando leuis imminenter salinatio, quam ex suis praeuidebam signis, oculos spiritu vini camphorato lauare jubebam, quo facto saliuationem haud experta est.

OBSERVATIO XXX.

De Hydrope ascite casus singularis.

Virgo triginta annorum deficiebat menstruo fluxu, iam per aliquot menses, abhinc cachexia, & oedemate, postmodumque hydrope quam graeci ~~αστρην~~ nominant laborabat. Decernebam omnia ea quae resoluere aquamque subter cutem mouere poterant. Inter haec erant sumnum, decoctum Ipecacuanhae. Cum autem hoc leniti malum non poterat, guminiguttam saccharo remixtam dedi ad scrupulum vnuim quotidie, quod quidem multum videbitur, ast aegra eo vix decies purgabatur. Inter haec,

D a bullu-

5. Obs. XXX. De Hydrope ascite casus singularis.

bullulae ingentes, cacoëtheae, in sphacelum transeuntes prodibant, tibiam & femur utrumque obsidentes. Plurima pars aquarum collectorum per ista ulcera emanabat, quo gracilescebat aegra. Attamen cum periculum imminenteret, sphacelum altiores eoque damnosiores agere posse radices, omnis nervus tentendus eo erat, ut ejus nota quam primum deleretur, quapropter decernebam decoctum corticis perutiani, chamomillae romanae & salis ammoniaci his locis superdare, quo effectum est quod in herba adhuc suffocaretur sphacelus. Depleto ad plurimam partem perniciose humore, tam per purgans valentissimum, quam per ulcera aperta, de restituendo menstruo fluxu cogitaui, quam ob causam deglutiendas dedi guttulas, quarum principale erat niger elleborus, bene memor effati M E A D I I *) ubi Tincturam Melampodii id est ellebori nigri, plenis ad hunc finem dilaudat buccis, in connubio martis. Coibent vero ulcera maligna, quorum loco fonticulo suram exulcerabam. Cum vero aegra egestatem sustentaret & se consuetis laboribus subjiceret rursus posset, meum auxilium non amplius poposcit. Caeterum non alienum esse metiri & potionem & vrinam in hujusmodi morbo, verissimum est, hoc enim modo videre licet aentiat aeger medicinam.

OBSER.

*) Monit. & praecpt. medic. p. m. 138.

OBSERVATIO XXXI.

De sudore per triduum durante & subito lethali.

Macilens, at sanguine plenus vir, quadragenario major, postquam per aliquot tempus vino largius fuerat usus, tabem pulmonalem sibi contrahit, quae vero, cum aegre sanare ur, praepriinis balsamo de Copaiba largius crebriterisque in die sumto, tandem abit in tumores scirrhosos glandularum subaxillarium & tonsilarum, cum aliqua, durante tempestate nubifera, aut pluviosa, dyspnoea. Neglexit iste bonus vir hos tumores indies grandescentes, nimium fidens valetudini suaq; ad quam conseruandam fonticulum in brachio alebat. Derepente vero, cum nihil mali sentiret, anxietate summa corripitur, ego aduocor, & aegrum sudoribus vniuersalibus diffluentem inuenio, quem pridie satis hilarem videram. Adeo sudores promanabant ut quoquis semihorio indusum mutandi necessitas vrgeret. Sudoris Anglici ad instar. Mentis caeterum semper erat compos, pulsus celer quidem sed mollis tactu, nulla fitis, & nullum aliud symptoma quam inmanis sudor, dyspnoea celerque pulsus. Ex quibus simili summis colligere licebat sanguinem pulmones libere permeare non potuisse, vomicamque in quodam pulmonis lobo ruptam fuisse, nulla vero

54 Obs. XXXII. De febre maligna, cum peculiari

vero eueniente puoptisi quam olim passus fuerat, pus in cauum pectoris descendisse, reliquamque massam sanguineam putrilagine infecisse, vnde etiam erat quod sanguis e vena missus nullo modo coagularetur licet albesceret.

Variis temperantibus, reficientibus & multis aliis remediis incassum adhibitis, tertio morbi die animam expirauit.

OBSERVATIO XXXII.

De febre maligna remittente cum peculiari symptomate hydrophobiae haud multum ab simili.

Sexagenarius vir, haemorrhoidariis anomalis frequenter subjectus, postquam fese imbrium casu in frigidusculo aere, corpore exaestuante liberius exposuerat, noctu inter VI & VII Augusti 1762. ingenti horrore, nausea, anxietate, cum in sequenti aestu prehenditur, tamque vehementi, ut inter initia jamjam febris deliraret. Die VII Augusti ad eum vocatus, tam causam occasionalem, quam alias calamitates aegrum in praefentiarum aggrauantes, illico expertus sum. Quare emetico rem aggredi non amplius dubitavi, dedique ad hunc finem sequentem puluerem

Bx.

R. fulph. aurat. antim. gr. iiiij.
sal. polychr. Seign. gr. x.

M. D. pro vna dosi.

sexies inde biliosa, multa pituita remixta eu-
mucinu[m] Finita hac operatione potandam dedi
Ptisanam temperantem ex hordeo perlato, ni-
tro depurato, succo citri & paucu[rum] saccharo pa-
ratam.

Circa vesperam deum febris intermittebat,
sudore nullo apparente. Urina statim ab initio
mingebatur intense rubra, cito turbida, at nul-
lum deponens sedimentum.

Si stupiditatem ex pristino delirio exceperis
dies VIII Augusti sat commode transigebatur.
Appetitu carebat, subdormiebat, vires aliquo-
modo erant fractae. VIII die reuertebat pa-
roxismus multo acerbior. Primo quidem ad
aestum temperandum propinabam hunc pulue-
rem omni hora

R. Salis polychr. S.

Nitr. depur. à gr. viii.

Lap. cancr. acido citr. satur. gr. iiiij.

M. D.

Superbibendam dabam copiosam Ptisanam supra
jam memoratam. Cum vero aestus intensior
fuerit, metuenda erat omnino stasis inflamma-
toria, ad quam praeoccupandam proposui se-
quentem Mixturam.

56 Obs. XXXII. De febre maligna, cum peculiaris

Rx. Aqv. ceras. nigr. vnc. viij.
Camph. cum pin. trit. dr. i β .
acet. vin. opt. vnc. j.
lap. cancer. acido citr. satur. dr. ii.
Syr. acetor. citr. vnc. i β .

M. S. omni bihorio cochlearia duo sumenda.
Praeterea cum deliria constantia erant, suram
utramque vesicatorio satis largo exulceravi. Hac
nocte paroxismus leni madore finiebatur. No-
tandum febrem nunquam plenarie cessauisse,
quum potius stupor sensuum constanter perman-
serit.

Die XVI. plenaria ferme aderat intermissio,
quam ob rem ambabus hoc interuallum ample-
xus omnem mouebam lapidem, ut aeger refice-
retur, febrique occurreretur; hunc in fine in
decernebam sequens decoctum

Rx. Cort. peruu. vnc. β .
aurant. dr. ij.
cinamom. dr. j.

Hb. Anagallid. Mj.

C. coq. lent. igne in vin. alb. & aqu. com,
aà vnc. viij. col. vnc. xiiij. adde
Syr. flor. tanic. vnc. i β . M. D.

Hacce Mixtura pergimus, & pro re nata inter-
positis temperantibus, vsque dum ex improviso
noua ludebatur scena, quae prope ab exitio erat.

Noctu inter XIII & XV diem, derepente
aduocor, & ego inueniebam aegrum ex febre
acriter delirantem, inquietum, oculis seinielau-
fis,

sis, detorfis, hiante ore, & quod probe notandum hydrophobum. Si quoddam fluidum ipsi offerebatur, angor clamorque eo multiplicabatur, lingua erat nigra eodemque tetro colore labia tincta. Perscrutabar quantum fieri poterat, causam hujus inopinati mali, ast frustra! Relinquebam aegrum subdormientem & nunc elapso abhinc vix bihorio, quanta discrimina rerum!

Venam secundam pedis jubebam, clysteraque acriorem infundere. Sed atius abhinc factum est delirium, hydrophobia mansit. Omnibus hisce malis iisque profecto pessimis, accedebat crudelis ischuria, clamores summos inter mejendum aegro extorquens. Succurrebam statim decocto lactis cum semine lini & croco austriaco, quod cum linteis quadruplicatis genitalibus superdabatur, perinaeo vero illiniebatur oleum petrae. Illico dolorum expers minxit magnam vrinae copiam, rufescens, sedimentum crassum deponentis. Hoc symptomate composito, ad alterum sopiendum proposui sequens decoctum ope syringae gulae injiciendum,

R. Fl. Sambuc. Mj.

Rad. Pimpin. alb. dr. ii.

Lap. prunell. dr. iii.

C. coq. in aqu. calc. viv. f. q. col. vnc. viii.

add. acet. camph. vnc. j.

Mel. rosat. vnc. iii.

Md.

D 5

cata-

cataplasmate emolliente camphorato collum circumdare, & epispastico locum intra scapulas brachiumque utrumque exulcerare. Per tritiorum continuo fere riuulo calide iniectum est decoctum. Carea auroram ad se rediit sese de doloribus intra scapulas & in brachiis conquezens. Laeti fuimus dolorum! Haec dies serenitatem menti reddidit, quapropter corticem hodie largiori manu reassumere debuit.

Die XVII rursus accendebatur febris, attamen multo initior ac praecedens, quamquam deliraret & de novo ischuriam pateretur, quae itidem, cum oleum petrae perinaeo illinitetur, cedebat.

Die XXIX laetus percepi paroxismum emanasse, aegrum appetere, viresque recolligere. At hoc gaudium per errorem in diaeta nimis citè peribat. Namis enim appetitui indulserat, & se liberiori aëris afflatu exposuerat. Quam ob causam in vix derelictum Orcum die IX Septembris recidit. Nausea & anxietas praecursors erant, emetico ventriculum subuertebant, & ut brevis sim, omnia eademque symptomata recrudescebant, hydrophobiam si exceperis. Hac recidiva persanata, itidem per errorem tertiam recidivam passus est. Verum cum & haec debellata fuerat, curiosior de conseruanda valetudine factus, tandem XXII Septembris, integre reconvuluit.

OBSER.

OBSERVATIO XXXIII.

*De ulcere abdominis, per quod varia frag-
menta ossium, dentes, crines, carnes-
que prodierunt.*

Non possum non, quin hic memoriae tradam, historiam rarissimam puellae, quae iam ab utero monstrum in suo abdome aluit, quodque indefessa eaque dexterima opera Chirurgus Lüchoviensis S. C. Schurigt successu gradu exsecuit. Magni feci hanc historiam, quoniam certe doctrinam de hominis generatione aliquando clariorem poterit reddere. In praesentiarum vero de hoc differere meum propositum non est, siquidem alio loco & tempore hac de re erit dicendi occasio, hic solummodo eodem, ac expositum germanico idiomate a Chirурgo accessi modo, mutata lingua, ponam.

In vico Dangenhorst, praefecturam Wistrow andiente, scribit, anno MDCCXLIII nascebatur rusticus Petro Schorling filia Elisabeth Dorothea dicta. Hic iam ab utero abdomen habuit elatum, durumque tactu, ex quo semper aegrotauit. Pari cum progrediente aetate passu quotidie intunescentia abdominis crevit, & quidem tantum, ut multi eam pro grauida habuerint. Ad annum decimum quintum suae aetatis deum prouecta, crebrius sibi abdomen dolere dixit, & nec hoc citra rationem, siquidem re-

gio

60 Obs. XXXIII. De vlcere abdominali, per quod

gio hypogastrica, pollicem circiter infra umbilicum sensim inflammaretur, cum insigni dolore. Hic locus prominebat. & ad instar bullae aqueæ extenuabatur. Sua sponte rupit haec bulla, ad quam deinceps sanandam parentes ipsi medicinam fecerunt, eamque deligauerunt, quam vero de gravissimo foetore pertaei deinde neglexerunt, utique cum ex vlcere hebdomadis spatio, tres dentes ejusdem, ac infans sex aut octennis habere solet magnitudinis, effluxerant. Prodiit deinceps frustum carnis membranosae, angustum, oblongum, sex pollicum longitudinis. Inter haec conatum sensit & dolores velut parturientis. Frustum vero cum longius ex vlcere protrahi non potuisset, parentes forpice oviaria abscederunt.

Post quatuordecim dies fere manipulus crinum graueolente latice immixtarum glomeratiū ex vlcere emanauit. Iterum aliquot post dies extrahebantur duo fragmenta ossium, cariosa, inaequalia, oblonga, quorum alterum sesqui, alterum vero dimidium longitudine aequabat pollicem.

Per vulgus jam innotescet historia hujus iuuenclae, & prout semper fieri solet, fabulosis variis additamentis ornata. Cujus notitia cum etiam ad nos veniret, curiosior factus me ad verbī diuini ministriū ejus loci contuli, qui omnia, jam a me scripta sancte affirmabat. Quaerebam ex patre hujus portenti, anne fors placeret eo adducere Physicum prouinciae Dn. D. Löhr, qui
me-

var. fragm. ossium, dentes, crines, carnesq. prod. 61

mecum in statum absconditum hujus vlceris inquireret. Consensit illico.

Vnde factum est ut nos decima Martii MDCCLX eo contulerimus. Studiose inquirebamus in vlceris conditionem, nihil autem quam quaedam callosae cavitates, & gratissimus, tētrimusque foetor, quem summa cum molestia percipiebamus, discerni poterat. Patri porro persuadere studebamus, ut nobis transmitteret patientem Luchovium, ut eo melius vulneri mederi possimus, sias enim metuendum esset, sorse ut tota putresceret. Perterritus, statim in nostram descendit sententiam. Sub redditum nobis tradebat crines & ossa, cum dentibus, quae ex vlcere prodierant.

Vigesima quinta Martii adduxit pater filiam suam Luchovium eo scopo, ut omnia ea, quae ad restitutionem filiae sanitatis possibilia forent, tentarentur.

Aliquot intercedebant dies, antequam aliquid detegeram noui, nil aliud itaque, quam vlceris ope spongiae ceratae, dilatationem tentabam.

Sexta Aprilis impungebam in corpus quodam durum renitens, & studiosissima opera protraxi dentem, alitum nona, iterum alium decima Aprilis. In amplificatum quantum fieri poterat vclus porro inquirebam specilli ope, irrumbam iterum in corpus durum, tactu satis grande, quod forcipe prehendi protraxique fragmentum ossis maxillaris, tribus adhuc dentibus mili-

Mituit,

52 Obs. XXXIII. De vlcere abdominis, per quod
titum, quodque adhuc possideo. Proxime infe-
quentibus diebus, varias particulas cutis capillis
ornatas produxi. Cum vero deligatio huius ge-
neris molesta & ad plurimam partem inefficax
esset, consilium Dn. Lohr secutus vlcus de nouo
cultello lenticulari, in dextra vlceris parte sex
pollices deorsum, dilataui. Ast finem imponere
debebam operationi ob enormem haemorria-
giam quam linteo copiose carpto sistebam.

Ante tertian diem ideo non deligabam, quia
aegra febrem vulnerariam patiebatur, & refe-
ctione indigebat.

Prima Maii aperiebam deligatum vlcus, sca-
tens materia foetidissima. Ex apertura nouissi-
me facta prominebat cartilaginosum quoddam
corpus, subdurum, rotundum ac velut manu-
brio *) sesquipollinem longo praeditum. Hoc
deligationi iterum impedimento erat, siquidem
indies e sinistro dextrum latus, simulque ante-
riorem vlceris regionem peteret, tantumque
promineret, ut aliqua parte femuri incumberet,
ibidemque tamen inter ambulandum quam seden-
dum cutem arroderet, utique cum actiore ma-
deret materia.

Verum enim vero per id ipsum sanatio de die
in diem retardabatur. Quam ob causam ipsum
corpus prominens aggredi & extirpare nunc
ani-

*) Fragmentum erat maxillae unico dente tantum
munitum, an vero corpus istud rotundum, sub-
durum & cartilaginosum, pro cranio habendum?

animus erat, tentabamque anne frustatum id fieri posset, quodque crebrius ast maxima cum circumspectione perfeci, cultrum vero secantem qualibet vice ingens sanguinis torrens sequebatur, attamen non impediebat quo minus propositum prosequeretur.

Adipiscebar quoque successuo gradu, varia ossa carne adhuc inuoluta non modo, sed & cartilagini, item fragmenta maxillarum dentibus adhuc munita. Sedecim dentium ex hoc vlcere exemptorum jam sum possessor.

Ad plurimam partem nunc absoluta extirpatione duriorum in dextra regione sitarum partium, adigebam fortuito casu cultellum paulo profundius, vt ex improviso magna intestinorum pars ex vlcere proserperet, quam vero in eodem iterum reponiebam momento, debitoque modo deligabam. Tertio die post reaperiebam deligatum vlcus, & omnia in bono erant statu. Ideoque ad alteram eamque sinistram vlceris regionem me conuertebam, vt & hujus loci peregrina extirparentur. Verum & in hoc latere secando versatus iterum in idem infortunium incidi, profundius quam par erat cultro secans, profluebat illico considerabilis intestinorum pars, quorum vero repositionem eodem ac ante iam memoratum est modo perfeci.

Finita tandem extirpatione, vlcus nunc, quod in toto suo ambitu callosum & inaequale erat figuramque haemisphaerii referens, consolidandum

64 Obs. XXXIII. De vlcere abdominis, per quod &c.

dum erat, cuius quoque sanationem sex mensium spatio legitimo modo sponui. Caeterum patientis nunc corpore & viribus crescit, laboribusque rusticinis se absque incommodo subicit. Hujus vero historiae veritatem Doctores Medicis, quorum nomina hic apposui, quiue deligationi passim interfuerunt, testafit

Löhr D. & Phys. prov. Luchow.

Leonhardt D. & Phys. Lunob.

Hoppe D. } Soltwedel.

Gerke D. }

S. C. Schurigt, Chirurgus.

Tandem & ego, autopsia conuictus veritatem hujus rarissimi exempli testari possum, siquidem ipse partem maxillae ex vlcere prominentem & dente inolari munitam, manibus tetigi, reliqua que quae ex vlcere prodiere monstrosa oculis contemplavi.

Omissa quaedam.

Cerebri nulla vestigia visa sunt.

Puella dolores sensit a cultro monstrum secante.


Adeoque proprium cerebrum vix habuit.

Videtur monstrum ab anno sexto puellae aetatis non amplius creuisse, & ad instar lithopae-dii se habuisse.

Menstruorum fluxum haec tenus nondum experita est.







the scale towards document

, trines, carnesq. prod. 53

nque anne frustatim id
ebrius ast maxima cum
i, cultrum vero secans
as sanguinis torrens se-
impediebat quo minus

successu gradu, varia
ta non modo, sed &
nenta maxillarum dentis
decim dentium ex hoc
sum possessor.

n nunc absoluta extirpa-
tra regione sitarum par-
ito casu cultellum paulo
rouife magna intestino-
osperperet, quam vero in
am momento, debitoque
rtio die post reaperiebam
nnia in bono erant statu,
nque finistram viceris re-
in, vt & hujus loci pere-
Verum & in hoc latere
m in idem infortunium
m par erat cultro secans,
erabilis intestinorum pars,
onem eodem ac ante jam
perfeci.
atione, vlcus nunc, quod
allosum & inaequale erat
erii referens, consolidan-
dum

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 011